



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 3. 4. & 5. Quâ ætate suscipi debet?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*De Sacram. Confirm. Cap. III. 119*

moneant, quoniam etiam Concilii Vormatiensis  
Canonc sancitum est, ut quicumque intra Pa-  
rochia sue fines habitant, neque confirmati  
adhuc sunt, illud omnes suscipiant qui etate  
sunt, quia Episcopus eos duxerit esse debere  
qui ad hoc Sacramentum tunc accedant. Ela-  
borent præterea idem, ut qui adulta etate  
confirmandi sunt, primò de peccatis confe-  
teantur; tunc etiam admoneant ut jejuni il-  
lud suscipiant cum manè ministratur.

Reliqui etiam diligenti cohortatione denun-  
tient, quæ ad hoc Sacramentum rectè sancte-  
que suscipiendum pertinent.

*Quæst. 2. Quænam sunt dispositiones neces-  
sariæ ad validè suscipiendam Confirmatio-  
nem?*

*Resp.* Constat, Confirmationem non posse  
validè administrari, nisi baptizatis, ut enim  
ait Divus Thomas; Dicendum quod charac- D. Tho. 3. p.  
q. 71. art. 64  
ter Confirmationis ex necessitate presupponit  
characterem Baptismalem: ita scilicet, quod in corp.  
si aliquis non baptizatus confirmaretur, ni-  
bil reciperet; sed oportet iteratio ipsum con-  
firmari post Baptismum. Cujus ratio est, quia  
sic se habet Confirmation ad Baptismum, sicut  
augmentum ad generationem. Manifestum est  
autem, quod nullus potest promoveri in etate  
perfectam, nisi primò fuerit natus, &  
similiter nisi primò aliquis fuerit baptizatus,  
non potest Sacramentum Confirmationis ac-  
cipere.

*Quæst. 3. Quænam etate suscipiendum est  
hoc Sacramentum?*

*Resp.* Ex Catechismo Romano: Illud obser- Catechis.  
Concil. Tri-  
denr. p. 1.  
De sacram.  
Confirm. S.  
vandum est, omnibus quidem post Baptismum  
Confirmationis Sacramentum posse adminis-  
trari; sed minus tamen expedire hoc fieri an-  
tequam pueri rationis usum haberint. *Quare 15.*

120 TRACTATUS III.

si duodecimus annus non expectandus videatur, usque ad septimum certe hoc Sacramentum differre maximè convenit.

Conc. Medio.  
1. de his quæ  
pertinent ad  
Sacram. Con-  
firm. admi-  
nis.

Conc. Me-  
diol. 5. tit.  
Quæ ad Con-  
firm. Sacra-  
mentum per-  
tinent,

Idem statuit sanctus Carolus. Minori septennio Confirmationis Sacramentum nemini praebatur.

Quæst. 4. Licet-ne unquam administrare hoc Sacramentum pueris ante septennium?

Resp. Ut ait Divus Carolus: *Si Episcopus ob aliquam causam justam, atque adeo necessariam, parvulo & infanti, qui non modo etatem septem annorum expleat, sed ne attingat quidem, ministrandum aliquando censuerit, ne sit veritum. Iis vero minoribus natu atque adeo parvulis si quandoque ministrabitur, eorum parentes, vel qui curam gerunt, Parochus moneat, ut etate procedente eos ea re certiores faciant, ne parentibus curatoribusque postea mortuis, ipsi aliquando dubient, an hoc Sacramentum, quod iterari nefas est, susceperint.*

Quæst. 5. Quanam ex causa licet administrare hoc Sacramentum ante septennium?

Resp. Licet cum aliquis puer versatur in periculo mortis, ne decadat sine gratia Confirmationis, ut enim ait Hugo de sancto Victore relatus à Divo Thoma: *Omnino periculosum q. 72. art. 8. effet, si ab hac vita sine Confirmatione migrare contingeret: non quia damnaretur, nisi forte propter contemptum; sed quia detrimentum perfectionis pateretur. Vnde etiam pueri confirmati decedentes majorem gloriam consequuntur, sicut & hic majorem obtinent gratiam.*

Glossa. De Consecr. dist. jejuni; Numquid minorem habebit gloriam s. verbo, In parvulus non Confirmatus? videtur quod sic, Confirmatione, quia in Confirmatione datur augmentum gratiae.

Quæst. 6.